



174.

1. Grassus, Michael: De officio senatoris circa
votum.
2. Grassus, Michael: Theses inauguales iuridicae
3. Grassus, Michael: De retractu partiali.
4. Grassus, Michael: De sententia iudicis secundum
legem extra territorium latus ferenda.
5. Grassus, Michael: Decas thesaurum ex vario jure
deprumptarum
6. Roesslerus, Johannes Eberhardus: De jure violentae
defensionis
7. Roesslerus, Johannes Eberhardus: De potestate impera-
tium legislativa
8. Roesslerus, Johannes Eberhardus: De eo, quod natura-
liter justum est circa embionem et venditionem
9. Roesslerus, Johannes Eberhardus: De potestate impera-
tium legislativa

1721.

10. Roesterus, Joh. Verhaard: De justis imperandi
causis

11. Schwederus, Gabriel: Casus practicus in puncto
successionis feudalis in feudo foeminiuo. 2 exempl.

1722

1. Grassus, Michael: Constitutionis juris civilis Romani
cum recensitis. . . imp. R. G. pars II: formalia
processus sect. I: de electione et competentia ju-
dicis, in specie austriacis

2. Grassus, Michael: Constitutionis juris civilis Romani
cum recensitis. . . imp. R. G. pars II: formalia pro-
cessus sect. II: de libello supplicationis aut citationis,
ipsaque citatione

3. Schwederus, Gabriel: De Scrinimae domus Austriae
caele praerogative, praerogationis, juribus et pri-
vilegiis praecipuis, et in specie de Augustis.
hujus domus judicio provinciali Caesareo Sueviae

1723.

1. Grassus, Michael: Praxis . . . actionum forensium
in specie nativorum et lativorum, seu ubi
ex aequitate . . . demonstrata.
2. Grassus, Michael: Cognitionis juris civilis Romani
cum recessibus . . . imp. Romano. Germanici pars II:
formalia processus lect III: De libello actionis et
meritorum causae.
3. Hiltnerus, Christianus Hursius: Dissertatio, qua Legitimitas
per rescriptum principis Justiniano Imperatori Langravii
auctori atque inventori vindicatur.
4. Ruesterus, Johann, Eberhardus: De jure legationum
ex jurisprudentia naturali demonstratio.
5. Schmederus, Gabriel: De statutis alienationum
bonorum immobilium in ecclesias et clericos prohib.
et hinc validitate.

1723.

6. Schroederus, Gabr: De advocatia ab Imperatore pro-
testantibus ecclesiis non minus ac Rom. Catholicis
aequali jure praestanda.

1724

1. Camerarius, Elias: Helminthologia intricata.
2. Schoepffius, Waeffzogen Adamus: De arbitris necessariis
cum principis austriacis conventu onabibus et ae testam-
mentariis
3. Schroederus, Gabruiel: De appropriatione feudis.
4. Schroederus, Gabruiel: De origine juris suffragane-
orum.

420

l'ced

is

les la

et

et



21





8

O

181

M

VI

D
J.u

S



7726

8.

Q. D. F. Fq. E. I.

DECADEM THE- SIUM

1721, 5.

EX VARIO JURE DEPROMPTARUM

CONSENSU

MAGNIFICI IN ILLUSTRIBUS EBERHARDINA⁵

JCTORUM ORDINIS,

P R Æ S I D E

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO

atq. EXCELLENTISSIMO

DOMINO

MICHAELE GRASSO,

J. U. D. SERENISS. DUCIS WURTEMB. CONSI-

LIAR. PAND. ET CRIMIN. SANCT. P. P. ORD. LON-
GE CELEBERRIMO

DOMINO PATRONO atq. PRÆCEPTORE SUO

ÆTERNUM DEVENERANDO

AD DIEM IV. APRIL ANNO MDCCXXI.

IN AUDITORIO JURIDICO

SPECIMINIS ACADEMICI LOCO PUBLICE DEFENSUM IBIT

JOHANN CHRISTOPH WEINLAND, *Eßlingensis.*

A.

TUBINGÆ,

Literis JOSEPHI SIGMUNDI.

s, Cura-
Confilio
ii quam
territo-
onorum,
nti Ve-
ntiquam
e Quod
n statuta
& Ræ-
is. ibiq.
præcise
ruckm.
udinem
ere de-
da di-
6. n. 13.
tatutum
u jus in
vitate,
ber de-
f. 20. n.
r præfe-
s. Mev.
l. Helfr.
ipfa hæc
m in ge-
e bis qui
inus sta-
Execut.
11. Cz.
t, quod
t, usque
rum ad-
ervatis,
ere.

DECADEM THE
SIUM

THEY AND IURE IURIS

MAGNIFICI IN IURE IURIS

P. R. A. S. I. D. E.
KITO NORBON. O. C. R. A. T. I. S. I. A. N. O.

D. O. M. I. N. O.
MICHAEL GRASSO

I. U. R. I. S. S. E. R. V. I. T. A. T. I. O. N. I. S. V. I. D. E. A. M. O. R. I. S.
I. U. R. I. S. S. E. R. V. I. T. A. T. I. O. N. I. S. V. I. D. E. A. M. O. R. I. S.

LOMMO PATRONO AMPLIATORE P. O.

IN ADIUTIO IURISCO

JOHANNI CHRISTOPH WERNER

LEON JOSEPH STOWND

1715



Theſis I.



Exactissima est quaestio, an Legatarii in Codicillis testes esse queant? in qua maximi nominis Jctos spugnare in utramque partem videas. In eo vero totius quaestio- nis momentum consistere videtur, an inter codicillantem & legatarium negotium tale geratur, ut hic in propria causa testimonium ferre dici queat? huic enim fundamen- to, qui contrarium sentiunt, maximè innituntur, idque eo fidentius, quod omnes Leges de Testimonio Legatariis permisso in Te- stamenti non codicillis loquantur, jusque in testamentis singulariter recep- tum, & uti videtur, ab omni aequitate alienum ultra expressa extendi non debeat. Sed utur hæc speciosè adducantur, non tamen qui affirmant suis destituuntur rationibus, quas inter prima est ex *l. 1. §. 1. ff. de test.* desumpta, quod qui specialiter non prohibeatur, possit testari, & licet sub generali *l. 10. ff. & C. de test.* regula exclusi videantur Legatarii, attamen vix est (1.) ut quis hic propriae causæ testimonium ferre dici queat, nisi per indirectum, per consequentiam: principaliter enim hæredis persona respicitur, qua legitime constituta ex inconvalescent legata *l. 3. §. 2. ff. de J. Cod.* quid, quod expresse in *§. 5. I. de oblig. qua ex quasi contra:* ab Imperatore dicatur: Nec cum hærede, nec cum defuncto illum negotium legatarius gessisse proprie dici potest, add. *arg. §. 2. I. de Cod.* (2.) notandum, hanc regulam in testamentis non æque procedere, ac in actibus judicialibus, cum hic aperte, ibi plerumque occulte agatur, hic non, ibi omnimodo pœnitere liceat; adde, quod multitudo testium, de Jure Civili, in omni- ultima voluntate præter testamentum regulariter quinque *l. f. §. f. C. de Co- dic.* multorumque ad invicem diffidentia contrariam præsumtionem exclu- dat, cum etiam si singuli legatis forent honorari, quisque tamen ad hanc eliden- dam adhuc quatuor testes haberet, imprimis si respiciatur juramentum testibus de fide sua suspectis deferri concessum *arg. l. f. C. de fideic.* (3.) *arg. §. 11. I. de T. O.* omnino dicendum, non ob quodvis commodum à Testimonio dicendo in ultimis voluntatibus quem removeri, alias sequeretur, quod & Testamentum ob concursum testimonii à Legatariis, pone singulis honora- ris, posset subverti, cum E. in his admittantur; merito & ad codicillos in- ferri potest, & quamvis hæres ab intestato è Legatariorum, puta Testium testimonio commodum sentire nullum videatur, & proin etiam ex lege gra- titudinis, quod accidit in testamentis *Vid. Vinn. ad §. 11. J. de T. O. n. 3. arg. l. 14. de Reb. dub.* legatariis non sit obligatus, cum ille à lege imme- diate voceretur, sufficere tamen si debet, quod non fuerit exclusus, *arg.*

l. 8. §. 1. ff. de I. Cod. l. 1. §. 6. de Legat. 3. vocatur enim saltem in actu primo, effectus autem per dispositionem contrariam impediri potest. Ceterum in L. 22. C. de Testam. & §. 11. I. de T. O. omnino totum sententiae suae robur ponunt, & licet regula in d. §. exstructa saltem ad Successores ex eo negotio, quod inter legatarios & testatorem testamenti ordinandi causa agi credatur extendi velit, hoc tamen admissio sequeretur, quod & haeres ab intestato, à quo quid relictum est, in Codicillis posset esse testis, cum nec is succedat ex negotio, quod inter ipsum & testatorem testamenti ordinandi causa agi creditur, intendit enim testator saltem Codicillos facere. Pius dubium est per generalem sanctionem §. 10. I. de T. O. Quicumque enim fidei commissum relinquit ab haerede ab intestato, illum tacite instituisse oportet arg. l. 1. §. 6. ff. de legat. 3. l. 8. §. 1. ff. de I. Codic. l. 1. ff. ad Sct. Trebell. juris autem successorem, qualis etiam post restitutionem est fiduciarius arg. l. 88. ff. de H. I. l. 7. §. 10. ff. de Minor. th. 3. 4. 6. 7. I. de fideic. hered. l. 55. §. 2. ad Sct. Trebell. esse posse testem in eo quo institutus est testamento, foret contra d. §. 10. Quae commota rationibus etiam celeberrimorum hujus illustris Eberhardinae potissima Jctorum pars huic sententiae suum calculum adjecere & adhucdum adjiciunt. Vid. Mauritius ap. B. Dn. Lauterb. in Pos. Controv. in vol. 4. th. 58. & hic idem in omnibus, quae haetenus videre licuit manuscriptis, unde & Schütz idem tradit in Comp. Jur. Lauterb. tit. de Codicill. in editionibus anterioribus. uti & B. Dn. Bardil. concl. for. ex. 7. th. 9. l. c. Excellent. Dn. D. Majer, Praeceptor noster Colendiss. in Comment. ad J. d. t. p. 626. seq. quam & ipse Magnif. Dn. Praeses, uti ex lectionibus ejusdem percepimus, de jure veriorum judicat, ita tamen ut contrariam hodie tutiorem arbitretur, quia communior sit & receptor, partemque in praxi potiorem sibi vindicet, pro qua stabienda quam maxime profutura ea, quae, uti solet, doctissime & operosissime hanc in rem dixerit laudatiss. Dn. Harpr. d. ff. de testim. testam. m. c. donat. leg. in Cod. th. X. segg. & hanc praxin hic loci quoque receptam, etiam comprobavit Responso suo Facult. Jurid. Tubing. A. 1691.

II. An Gentium inter se mores obligent? distinguunt, an eorum observatio nexum communis tranquillitatis consernat, corroboret & transgressio bellis omnium inter omnes frigidam suffundat, an secus: hoc casu licite recedi à quovis in libertate naturali viventium membro posse, aequalitas mutua, communisque morum natura, obligationis haetenus impatiens suadere videretur, sic e. g. legatos in Rempublicam aut Principem ad quem missi sunt, enormiter delinquentes Principali suo remittere, quamvis nuper modo factum fiet, nemo tamen necessarium judicabit: illo nullatenus, non tam vi receptionis, quam potius ex lege naturali, quae nil magis, quam mutua averfa-

averfatur bella. Ergo qui legatos violat, res alia ab gente judicatas, in fua ditione annullat, cum mutua inter Gentes commercia, pacemque omnem tolleret, sine dubio peccaret.

III. Annon E. detur aliquod Gentium Jus à Naturali diftinctum? Hodie communiter ad fpectra vetuftatis relegari videas, cum inter Gentes tanquam pares obligatio nifi ex lege naturali inveniri nequeat: Sed enim vero rem accuratius penfitantis miramur iftos ita ludere in terminis velle; nam utique à Superiore terreno nemo Gentium obligatur, eatenus ergo inter eas jus datur nullum, fed quia ea, quæ compagem gentium confirmant, redutive ex Jure Nat. deduci poffunt & debent, & licet aliter habere fe queant, tamen quia ita receptum eft & in transgrediente animus hoftilis aperte factis perfpicitur, cum contra mutua æqualitatis regulas, jus, quod antea ipfe in eadem caufa expertus, violat, alterique juftam querendi anfam concedit, ex ipfo J. N. viriofitas talismodi actus manifefte doceri poffet; neque fequitur ita, hoc effe J. N. nam fi omnia, quæ deduci queunt ex eo, etiam Juris Nat. dici deberent, principia decori, leges civiles & quid non? sine dubio effent juris naturæ, non quidem abfoluti, fed reductivi. Debent ergo diftingui ea, quæ a Natura funt præcepta, cumque natura, legisque obiecto prognata, & permiffa, illa Juris Nat. hæc pro diverfitate approbantium, fi ftrictè loqui amas, varii juris efformant fpeciem.

IV. An Jus Romanum in Imperio noftro eft confuetudinarium? & receptum id effe tacita utentium voluntate ceu Jus origetenus fcriptum in fua, qualatum eft qualitate, & obligat Germanos hodie neceffitate legali, quatenus id in omnibus Imperii LL. publicis confirmatum, Imperatorisque & Statuum mutua conventionione adoptatum.

V. Quomodo E. Status Imperii obligentur LL. Comitiorum, an per modum conventionione, an per modum legis? Dic utroque modo, ita, ut obligatio per conventionem conftituatur, quia (1.) par in parem non habet imperium. (2.) ex re & correlatione omnium ad invicem factis hoc fuperque elucet. *Nec obftat*, quod majora obligent, eft enim & hoc ex mutua partium conventionione arg. *art. 5. §. 52. Infr. Pac.* minimum tacita, qua omnia sine quibus falus totius imperii obtineri nequit, velle fe declarant. (3.) ex formula omnibus Receffibus inferta, *vereiniget / verpflichtet / vertragen / verglichen /* nullibi ad folos status reftrieta, fed omnia imperii membra concernente; *Non obftat* dici poffe, omnes conjunctim ut contrahentes fingulos ut fubjectos confiderari poffe. Vid. Magnif. Dn. D. Schweder. *Mecenas atque Hofpes meus nunquam non devenerandus, Introd. in I. P. p. gen. C. III. §. 7. verfu* illi autem &c. *P. fp. Sect. 1. C. XXII. ib. 4. C. IX. §. 8. Sect. II. C. 1. §. 1. Arg. J. P. art. 8. §. gaudent. Cap. novif. Car. VI. art. 1. Ac-*

A 3 cēdit

cedit sub hac universitate etiam comprehendi ipsum Imperatorem, parique hæcenus, salva ipsius Majestatis præminencia, incedere jure (vani enim ingenui somnium est votorum distributio per assem, ita ut semis Imperatori, Statibusque semis competat, alias enim ex accessione modo unitus ex tribus Collegiis semper contra Status concluderetur, quod falsum, nam nec Impetans sine Statuum, nec hi sine illius accessione conclusum formare queunt) nec ullibi habetur solum Imperatorem majori hic jure gaudere; facit, quod omnia pacta minimum fieri debeant inter duos, qui hic sunt Imperator & Status, paciscentes autem ratione obligationis paris conditionis censentur. *Ex hac demum magna conventionione & præambulo consensu mere voluntario locus fit legi illi naturali, pactis standum esse, quæ necessitatem moralem superadjicit, ut omnia dein comitorum membra ab eo quod conclusum est, stare debeant: cum enim Leges dandi facultas per dictas universales Leges restricta, eique limes positus, quem transgredi moraliter impossibile est, prono fluit alveo, non tantum dominos territoriales sibi contra placita conventa exemptionis privilegia dare non posse, sed nec ipsorum subditis. Vid. tamen *Magnif. Du. Præses, Præceptor noster atatem colendissimus Collat. Sect. I. diff. 4. & 5.* cujus verba uti exactissima ita tota nostra facimus, *Per modum autem legis* subditos mediatos, cumque iis Nobiles immediatos, ut ut in comitiis voto & sessione non gaudeant, tamen & ignorantes, & invitos obligari, dubium vix habet.*

VI. Servitus inter Romanos usitata usum, præter historicum, hodie num habeat? argumentum ab ea ad nostros famulos & homines proprios, quippe qui cetera liberorum hominum jure censentur, minimum non procedit. Militibus Christianis à Turcis captis & vicissim Turcis à Christianis captis an applicari possit dubitari videas? Illos enim licet externo belli jure, in Barbarorum terris pro mancipiis habeantur, non tamen ab ipsis Christianis tales reputari debere censent, ideo, quia manent liberi, nec ipsorum afflictioni addi debeat afflictio, qui præmio forsitan magis digni, utpote fide sua in patriam huic calamitati obnoxii, quam odio forent. Inde Juribus postliminii Juris Rom. item fictionis L. Cornelia, cæu institutis & fictionibus mere humanis, locum non concedunt; Pari favore in dubio hos metiuntur, cum quilibet in dubio æqualitati & æquitati naturali conformis vivere præsumatur, cui non nihil contrariam putant servitutem Romanam, qua ex consortio hominum in Bonorum & Patrimonii classem detrusi referebantur, E. nec hic obtineret jus Romanum; quamvis autem victus victoris subjaceat arbitrio, ab eoque LL. accipiat quamvis duras, non tamen hoc ad normam juris alicujus peregrini, sed pacti in captivitate adjecti, vel *consuetudinibus inibi locorum obtinentis* redigunt; posse quidem jure talionis par pa-

ri referre victorem, sed id (1.) in illicitis non obtinere (2.) in conscientia tutum non reddere (3.) non præsumi existimant. Num satis accurate? alii, nec sine ratione, dubitant.

VII. Quæcunque actio non occasione alicujus delicti veri vel quasi, & non immediate ob possessionem rei, circa quam illi cite ab alio quid commissum est, & sub id speciali legis dispositione ad quosvis possessores extensa nascitur, illa non est in rem scripta arg. *l. 9. §. 8. ff. quod met. c. A. Actio ad exhibendum non &c.* vid. arg. *l. 5. §. 5. ff. ad exhib.* E. Ex quo patescit, quod nec illa actio, quæ ex quasi contractu illo feudali de debitis feudalibus competit, proprie in rem scripta sit, quamvis enim adversus omnes feudi successores detur, non tamen (1.) hoc est ex singularitate quadam, sed ex jure communi, quo persona, quæ contraxit, live vere live præsumte, afficitur, *l. 25. pr. ff. de O. & A.* hic autem singuli successores contraxisse præsumuntur. (2.) non oritur occasione delicti. (3.) non immediate ob possessionem, sed præsumtum consensum datur.

VIII. Nimum hodie à plerisque DDribus augeri numerum actionum dativearum contra mentem Veterum Jctorum, nec in magnum disciplinæ nostræ honorem nimis cito ad pontem illum *l. 20. ff. de LL.* recurri putamus, non enim ab iis qui tam solliciti de actionibus cuivis actui Civili ex adæquato suo principio applicandis laborarunt vid. *l. 5. §. 3. ff. ad L. aquilianam. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. §. 5. 7. quod cum eo qui in al. l. 8. pr. ff. mand. l. 69. ff. pro soc. l. 1. §. 14. de pos. & passim.* præsumi poterit tot actiones esse concessas, quæ non habeant causas suas proximas efficientes. Sæpius obligatio adest, licet non ex vero, ex præsumto tamen consensu, indeque, licet non ex vero tamen ex quasi contractu oriunda, quæ actionem producere non quidem sua natura, sed speciali legis assistentia corroborata potest, & ideo obligatio, *Civilis pura*, magis dativa foret, quam actio, ad exemplum conditionum ex lege, actionum adjectitia qualitate auctarum, noxalium &c. quoad extensionem. Hinc illis assurgere non possumus, qui conditionem ob turpem causam, actionem ad exhibendum, conditionem ex *l. 32. ff. de R. C. &c.* huc referre satagunt, æquitas enim naturalis, quæ neminem cum alterius injuria locupletari permittit, & Lex Civilis, quæ Cives consentire velle vel debere in omne, quod æquum est præsumit, sufficiens substernunt fundamentum, ex quo recta descendere possit actio, de similibus simile esto judicium. Neque tamen male fundatam vel plane otiosam dicere licet actionum in Nativas & Dativas divisionem; vix enim ex harum numero ea, quæ est in *l. 2. ff. quando ex facto Tut.* conditio furtiva aliaque possunt excipi. vid. egregie Illustr. Dn. Thomas, in *Philosophia Jur.* §. 124. seqq.

IX. Etiamfi hodie in libellis necesse non fit, ut actio instituta præcise nominetur, iudex tamen non ex alia, quam quæ sub circumstantiis latet, & diligentius inquirenti præcipuis ex petitione patere potest, nisi forsan clausula salutaris addita fuerit, iudicare, nec ultra ejus naturam aliquid definire debet. Non E. natura actionum moribus est confusa, sed apprime distincta remansit, quod ex innumeris Consiliis & Decisionibus doceri posset. Quid si enim expresse nominetur actio, quod toto die fieri videmus?

X. Jus vitæ & necis Imperantibus in societate Civili indubie competens ex quonam fonte deduci commode possit, non inanis est quæstio. Voluntatis divinæ instituto huic humano annuentis, eaque quæ ad hominum veram felicitatem faciunt, enixissime esflagitantis cimelium hoc esse, tanquam unice in ipsius sinu & potestate situm, certissime dicitur. Sed an mediate, an immediate ad hunc Autorem. O. M. sit referendum? puto ita: ex sine creationis facile patet, hominibus singulis etiam extra Civitatem jus fuisse à Deo collatum, ut vitam suam, suaque, quousque salus & securitas alicujus postulaverit, etiam cum cæde invaloris defendere possent, huic defensionis cum impares se, dumque singuli pugnarent, pios utcunque universos cadere, deque salute sua actum iri viderent, quia proximus arderet Ucalegon, resque non unum aut alterum, sed successive plures & omnes tangere posset, in fœdera coierunt, & ut eo magis unita voluntas adversariis occurrere, suæque saluti prospicere valeret, hanc pacto omnes in unum, aut uno plures contulerunt, quod ultro consecutum est cæssio seu translatio juris sui in violentiam aggressorem, sc. qualiscunque pro circumstantiarum ratione injuriæ illatæ ultio, non vero juris in suam vitam; quomodo enim, quod non habeo alteri, vel quod singuli non habent universi dare possunt? Multæ quidem voces harmoniam, non una conciliant, multi milites hostem, quod unus non pote est, vincunt, sed hic singulæ voces tonum, singuli milites robur habent, quæ conjuncta harmoniam, victoriamve efficiunt, secus in hominibus, ubi jus nulli datum in vitam, sed usufructus quidam, qui, ubi non solius accipientis favorem respicit, repudiari minime potest. Cum autem non externi tantum nocere cupiant hostes, sed ex ipsa societate, qui recalcitentur inveniantur, sive dein publicam, sive privatorum salutem aggrediantur, utroque modo defensio propter cessum à subditis suum alias competens jus adversus iniquos hos perturbatores Majestati comperit, quod in casu non evitandæ emergentis necessitatis & justitii ad laesos revertitur.

Cum plura non capiat pagella, hic subsistimus, & exactiora curis secundis reservamus.

D. S. G. I. E.

ULB Halle

3

003 948 390



sb.





7726

8.

Q. D. F. Fq̄s. E. I.

DECADEM THE- SIUM

1721, 5.

EX VARIO JURE DEPROMPTARUM

CONSENSU
MAGNIFICI IN ILLUSTRIBUS EBERHARDINA
CTORUM ORDINIS,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO
atq̄ EXCELLENTISSIMO

DOMINO

MICHAELE GRASSO,

J. U. D. SERENISS. DUCIS WURTEMB. CON-
LIAR. PAND. ET CRIMIN. SANCT. P. P. ORD. LON-
GE CELEBERRIMO

DOMINO PATRONO *atq̄* PRÆCEPTORE SUO
ETERNUM DEVENERANDO

AD DIEM IV. APRIL ANNO MDCCXXI.

IN AUDITORIO JURIDICO

SPECIMINIS ACADEMICI LOCO PUBLICE DEFENSUM IBIT

JOHANN CHRISTOPH WEINLAND, *Eßlingensis.*

A.

TUBINGÆ,

Literis JOSEPHI SIGMUNDI.

